

# The Electronic Manipulus florum

## www.manipulusflorum.com

### Mors da cum fonte primo

Mors non est gloriosa sed fortiter mori  
gloriosum est.

Haec interrogatio vides ubi obrepat:  
mors non est gloriosa, sed fortiter mori  
gloriosum est.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 82, 10 (L. Reynolds ed., vol.1, p.273, ll.22-23).

Nemo mortem suam laudat sed eum  
cuius mors abstulit animum.

Laudatur enim non paupertas, sed ille  
quem paupertas non summittit nec  
incurvat; laudatur non exilium, sed ille  
[Rutilius] qui fortiore vultu in exilium iit  
quam misisset; laudatur non dolor, sed  
ille quem nihil coegit dolor;  
nemo mortem laudat, sed eum  
cuius mors ante abstulit animum  
quam conturbavit. Omnia ista per se non  
sunt honesta nec gloriosa, sed quidquid  
ex illis virtus adiit tractavitque honestum  
et gloriosum facit: illa in medio posita  
sunt.  
Interest utrum malitia illis an  
virtus manum admoverit; mors  
enim illa quae in Catone gloriosa est  
in Bruto statim turpis est et erubescenda.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 82, 11-12 (L. Reynolds ed., vol.1, p.274, ll.1-11).

Interest utrum malitia illis an  
virtus manum admoverit. Mors  
enim que in Catone gloriosa est,  
in Bruto turpis et erubescenda;

Cato illa honestissime usus est,  
turpissime Brutus.

Seneca LXXIII. epistola.

Sed, ut cooperam dicere, vides ipsam  
mortem nec malum esse nec bonum:  
Cato illa honestissime usus est,  
turpissime Brutus.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 82, 13 (L. Reynolds ed., vol.1, p.274, ll.17-19).